

[28. V. 79–80] Metellum cum Mario. Hi duo rebellantem cum
 90 Iugurta rege Africam in iugum redegerunt et sic vult dicere Apollo,
 quod Africa videns regem Fridericum habere Italiam timebit^q, sicut
 timuit Metellum et Marium.

[29. V. 81] Nili. Hoc flumen maximum per Egiptum facit transitum
 et mare per septem hostia intrat. Et significat Apollo, quod omnis
 95 terra timebit Fridericum, per quam Nilus transit. Cuius Nili tantus^r
 circuitus est, ut ubi nascitur penitus ignoretur. Unde Lucanus: *Et gens*
*si qua iacet nascenti conscia Nilo*⁷, ponens in dubio, an gens ulla con-
 scia sit originis Nili.

[30. V. 83] Parthi. Populi sunt Asie, qui semper Romanis fuerunt
 100 infesti solumque tempore Augusti Romanam virtutem venerati sunt.
 Ii ergo tempore Friderici, postquam ipse Germaniam Italiamque obti-
 nuerit, tributum prestabunt quamvis insolitum.

[31. V. 90] Ausonii, id est Italici^s. Nam Italia multis nominibus dicta
 est, ut Ausonia, Oenotria, Saturnia, Esperia et Italia, sicut apud Virgi-
 105 lium legimus. Hesperia quidem etiam Hispania vocata est ab Hespero
 stella, que in occiduis oritur partibus⁸.

[32. V. 93] Iani biformis. Ianus antiquorum deus fuit, cuius tem-
 plum tempore pacis clausum, tempore vero belli apertum fuit. Hoc
 regnante Numa Pompilio rege Romanorum et postea Augusto clau-
 110 sum extitit. Ita ergo^t et nunc claudetur. Et dicitur biformis, quia duas
 habuit facies, unam ante et unam retro, quod significabat deum illum
 preterita nosse atque futura.

[33. V. 94] Arabs. Arabes populi sunt Libie.

[34. V. 94] Parthia. Provincia est in Asia.

115 [35. V. 94] Trax, Tracis. Traces populi sunt Europe, ubi nunc Con-
 stantinopolis est, et per hos tres populos in tribus partibus orbis posi-
 tos significare voluit Apollo pacem^u in toto orbe futuram esse.

[36. V. 95] Britannus, id est Anglicus, apud quem estatis tempore
 minima nox est. Unde Iuvenalis: *Et minima contentos nocte Britan-*

q) timebat *KM*.

r) *fehlt M*.

s) Italitici *K*.

t) *verbessert aus ego K*.

u) *fehlt M*.

7) *Lukan, Pharsalia 1,20*.

8) Vgl. *Servius zu Vergil, Aeneis 1,530*: Hesperiae duae sunt, una quae Hispania dicitur, altera quae est in Italia ... vera Hesperia, ab Hespero dicta, id est stella occidentalis; *Servii Grammatici qui feruntur in Vergili carmina commentarii 1: Aeneidos librorum I–V commentarii*, hg. von Georg THILO / Hermann HAGEN (1878) S. 162f.